



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 56. Electio Stanislai in Poloniæ Regem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](#)

„terras veniente nunciata, ad cælos sæc. XVII.
 „ascendente relictæ est, ab hetherodo- A.C. 1704.
 „xis hominibus malæ voluntatis, &
 „Ecclesiæ Christi hostibus unice ex-
 „pectanda erat?..

Pariter Pontifex Regi significabat, quod hunc Cardinalem, ut eo absente facilius turmæ sedarentur, Romam evocarit, ceteros vero Poloniæ Præsules, Senatores, & Equites commendavit, eoquod ea, quæ paucorum Ecclesiasticorum Hæreticis faventium studio Varsaviæ contra Regem gesta fuere, damnarint, Regiamque caussam strenue defenderint. Verum Cardinalis Romam venire haud consultum censuit, Episcopus vero Posnaniensis opera Egonis Principis de Fürstenberg per Horatium Philippum Lucensem Episcopum Sedis Apostolicæ Nuntium Romanum perductus est, eoquod Poloniæ Rex ipsius caussam Pontificis judicio cognoscendam, definiendamque reliquerit, propterea a Papa summis laudibus honoratus.

§. LVI.

Electio Stanislai in Poloniæ Regem.

Voll. Hist.
Equidem hæ Pontificis literæ apud *du Cart. XII.*
 Episcopos, Senatores & Equites *lib. 2.*
 tantum valuere, ut Polono Regi faven- *Gottfrid.*
 tes *Hist. Cont.*
lib. 14.

Sæc. XVII. tes numero & constantia crescerent, ac
A. C. 1704. Sandomirienes foederati Varsaviensum

acta, tanquam irrita, seditiosa, ac perfida, publico juratoque edito damnarent. Prævaluit nihilominus violenta potentia Caroli XII. Sueciæ Regis, qui non modo Dantiscanos a legitimi sui Regis obsequio impositis gravissimis exactionibus avertit, sed etiam omnibus, quas in Prussia habebat, copiis ad se accersitis, sibi adhærentium fationem eo impulit, ut novi Regis electionem ad duodecimam Julii diem indicerent: Disceptatum, cui deferendum esset regni sceptrum? id acceptare noluit Princeps Alexander defuncti Regis Filius, ne captivorum fratrum suorum sortem adhuc pejorem redderet. Cardinalis Primas Lubomirskio Principi, Sueciæ Rex Jacobo Sobiesckio, & denique foederati Varsavienses Lesczinskyo Posnaniensi Palatino favebant, qui etiam Primate tum ægritudinem simulante, ac propterea absente, inter acerrimas altercationes, jurgia & oppositiones, eundem Stanislaum Lesczinskium, et si sufficientia non habuisset suffragia, in novum Regem proclamarunt, vehementer reclamantibus foederatorum Marescallo, & Podlachiensibus Deputatis. Peracta tumultuaria hac electione Posnaniensis Episcopus Stanis.

Stanislaum Varsaviæ ad Ecclesiam con- Sæc. XVII.
duxit, ibique inaugurationis solemnia A.C. 1704.
peregit: novum quoque hunc Regem
tres Oratores Sueci, atque inter eos
Hornius Comes salutabat, paucisque
post diebus eum ipse Rex invisit, Lu-
bomirskius vero ad Augusti partes
transiit; quo comperto Rheinschildus
Suecus Bellidux cum valido agmine
Cracoviam contendit, & Augustum
Regem Pietrowinam usque infecutus
die vigesima sexta Augusti præsente
Carolo Suecorum Rege Leopolim Rus-
siæ parvæ Metropolin occupavit, om-
nemque auream & argenteam supel-
lectilem ex ipsis quoque Ecclesiis ab-
stulit, nec his contentus, insuper sub
prætextu lytri a Polonis nondum soluti
ingens æs extorsit. Interea Augustus
cum quatuor Cosaccorum & sexdecim
Moscorum & duodecim Saxonum milli-
bus die tertia Septembris inopinato
Siniava Varsaviam contendit, ubi cives
ultimam vim veriti, ultro portas a-
peruere. Ægre Stanislaus Neorex vi-
ribus impar unacum Matre & uxore
sua, Cardinale Primate, supremo exer-
citus Præfecto, & Senatorum potissi-
mis fuga salutem quærere poterat:
Hornius autem Comes, duo Sueciæ
Regis Ministri, & Posnaniensis Episco-
pus ad arcem se receperant, qua ta-

Hist. Eccles. Tom. LXVII.

O men

Sæc. XVII. men ab Augusto Rege obsessa, ac post
A. C. 1704. biduum dedita una omnes die quinta
 capti fuere, & Episcopus, uti retulimus, Horatio Papæ Nuntio traditus est.
 Horum fata vindicaturus Sueciæ Rex, cum exercitu suo Varsaviam movit,
 atque in Polonia majori Augustum insecurus, inito certamine eum fudit, ac
 Dresdam usque profugere compulit.

§. LVII.

Perfida Gallorum vindicta contra Saxo-Zeitzanum Cardinalem.

*Vit. Card.
 t. I. p. 335.*

Ea erat tum temporis Gallorum in-
 temperies, ut varios Principes le-
 nociniis, promissis, & minis ad suas
 partes, factionemque pertrahere haud
 contenti, etiam hos, quos vel neu-
 trius partis studiosos scirent, vel sibi
 adversos suspicarentur, pro hostibus
 haberent, proin vel aperta violentia,
 vel sicariorum ope clam e medio tol-
 lendos censerent. Haud ignorabant,
 quod Cardinalis Christianus Augustus
 Princeps Saxo-Zeitzanus, Episcopus
 Jaurinensis, ac Cathedralis Ecclesiae
 Coloniensis Praepositus a Cæsare ad
 Coloniensem Electorem allegatus, eun-
 dem a fædere cum Gallis ineundo ab-
 sterrere molitus esset, & contra captam
 Kaiserwerthæ possessionem nomine to-
 tius